



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.12. Vocem meam audiunt. Indicium est Prædestinationis ad Dei vocem accurere, sicut reprobationis ad eam, quæ est diaboli sicut exponit Hieremias similitudine perdicum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

præter illam nihil æstimaret. Figuram considera prædestinati, cuius voluntas sit in lege Domini, qui mandatis illius afficitur, velut puella purissimæ, mundissimæ, ac formosissimæ: non enim per diem aliud mente ruminat, & per noctem somniat aliud, nec loquitur, nisi de illa, nihil præter illam curat nec pedem aut manum movet nisi iuxta præceptum illius & institutum. Ille, ait Theodolet: qui implet illud à Domino constitutum, cum ait: *Evangelium verba hęc, que ego præcipio tibi domine, in corde tuo, &c. Meditaberis in eis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atque consurgens. Et ligabis ea, quasi signum in manu tua, eruntque & movebuntur in oculos tuos, scribe quoque ea in limine, & ostis domus tue, &c.*

In Ps. 1.

Deut. 6. 6

IX. Signum est reprobationis Dei legem transgredi.

X. A lege Domini peccanda virum his prædestinatos.

Isa. 8. 19.

Ille, qui divinæ negligit legis observantiam, inquit Danid, ille est reprobatus: *Non sic impius, non sic, sed tamquam pulvis, quem proleicit ventus à facie terræ.* Hæc est figura reprobat: pulvis quem tollit ventus à facie terræ: ille, qui velut pulvis impetu ducitur suæ passionis, velut turbine furioso: ille, qui se patitur impetu rapi passionis luxuriosæ ad vides mulieris inhonestæ, ut suæ vacet impuritati: ille, quem avaritiæ ventus impellit ad vîsuras, & iniquos contractus: ille, quem procella commouet ambitionis in superbiam, vindictam & proximi contemptum. Hic congrue servit illud, quod paulo ante diximus, hoc tuum esse debere studium, non vitium te Deus prædestinaverit vel reprobaverit, sed vitium Dei præceptis obediens, vel illa transgrediaris. Mattheum dat huic proposito periculis illa Isaia Prophetæ admonitio. Erant Iudæi admodum curiosi in inquitendis rebus futuris, & secretionibus pectoris divini dispositionibus: hæc de causa serviebant incantationibus, divinos interrogabant, præsertim eos, quos dicunt Pythones, & idola consultabant, fuitque hæc una ratio, inter ceteras, ob quam illa venerabatur. Quando volueris, inquit Isaia, futura cognoscere, & quæ Deus disposuit, certo conijcere, tibi que dixerint: consulte Pythones, Aruspices interroga, quære à divinis: hæc nulla factio, & Dei legem eiusque consule testimonia. *Cum dixerint ad vos: Quærite à Pythonibus, & à divinis, &c. Ad legem magis quædam testimonium. Num inquitis, an hoc sancto sibi, vel infansio succedet*

omine? Quid tecum acturus sit Deus, vel agere deberet? Vtrum te sit saluaturus, aut condemnaturus? Quid de te futurum sit? Quem vitam terminum sis habiturus? Illa ne quaeris à divinis & Astrologis, sed teipsum interroga, teipsum examina in ordine ad Dei præcepta: nam in tantum credere poteris, & bonos vel malos vitam tue coniecturæ succellus: in quantum legem Dei vel observaveris, vel fueris prævaricatus.

§. 12. Vocem meam audiunt. Indicium est Prædestinationis ad Dei vocem accurrere, sicut reprobationis, ad eam, quæ est diaboli sicut exponit Ieremias similitudine perditum.

Alio possumus sensu verba Christi intelligere, ut nobis secundum signent indicium, quo conijciamus, quis sit prædestinatus; nempe, ad dicitur vocem eius; hoc est ad vocem Domini statim accurrere, sicut ovis ad vocem properat Pastoris. *Oves meæ vocem meam audiunt.* Miramur omnes instinctum, quem Deus auctor naturæ filis iis infudit, quo parentum suorum vocem intelligant, speciatu incundum est, & quod sæpius expendi ouile agnorum in quo tota die conclusi remanent, oves autem matres per pascua obambulant & pascuntur; ad vesperam autem, dum illis aperitur ouile, & balantes ingrediuntur matres, videre licet inter mille oves, agnos singulos ad propriam recurrere matrem, & quomodo illam agnoscunt? Ingridiuntur matres balando, estque tam proprius cuiusque matris ad agnum suum balatus, ut nullam sit periculum, quod earum aliquis, nisi ad matrem suam sit accursurus. Dicitur mihi; patre agnelle, quis te vocem illam edocuit? Heri natus es, & vix matrem vidisti, & jam illam agnoscis? An hoc tibi Pastor vel quis alius indicavit? Dixit mihi hoc ovis matris meæ vox, quæ visceribus meis ita correspondet, ut quam primum illam audio, illam inter centum millia dignoscam. Statue ad hoc latus regem onium atque ad aliud caprarum: colloca in latere ovium hircos caprarum: & ad latus caprarum agnellos, balent oves, balent capræ, non est quod timeas hircos caprarum, ad oves res, auturos.

f. Agni ex balatu oves matres cognoscunt.

Carfuros: etenim non est illa vox, quam audiant ipsi, nec agnello ad captas recurfuros: non enim est illa vox, quæ ipsis satisficit: sed quantumvis larvati essent & igno- rantes, quinam sint hirci, & quinam agnelli exvellere, tamen illos agnosces ex auditu vo- cis, quam audiunt, & ad quam recurrunt.

L.A. com- ment. in Hier. 6. 17 Rom. 1. 19 Exo. circa finem.

II. Hoc magis obset uatur in perdicibus.

Licet autem hoc cunctis commune sit ani- malibus, & anibus, potissimum tamen est perdicibus, sicut ex opinione D. Hieronymi. & prius Originis hoc Propheta dixit Iere- mias: exponens naturæ secretum in perdicibus observandum. Perdix ex natura sum- moperè pullos exoptat: cum enim adeo salu- bris sit hominibus, indidit illi Deus plures concipiendi pullos appetitum: unde illis est familiare sibi mutuo ova suffurari, suisque adiungere, fouere & excludere: ex quo con- tingit aliquoties, ut vna perdix viginti sub alis suis ova foueat, quæ omnia excludit, & non nisi decem sunt illi propria. Quo- modo autem illa nutriat, vel non, est mihi incognitum: scire sufficit, quod in hoc na- tura mirabiliter operetur, sicut videmus in felibus, & canibus, qualiter catulos suos enutrit. In quo igitur cuius sint ova dignoscemus? Notate licet putamine pullos excludos, dum in perdicibus socie- rare, quæ illos excludit, quam primum sen- tiunt legitimum vocem parentum eorum quemlibet propriam matrem agnoscere, & hanc deserere, & illam sequi illi vim in- ferente voce, quam audit naturalis. Unde contingit aliquando, ut perdix quæ mul- tos excludit pullos, hac de causa ab omni- bus sola destitatur. Hoc teste D. Hieron. significauit Ieremias. *Perdix fouet, quæ non peperit. Ecce illiusus, & non in iudicio, in dimi- dio iterum suorum derelinquet eas, & in nouissi- mo erit insipiens.*

Gen. 17. 11

III. Deus autem dilectus est filio- rum.

Ioan. 1. 12

Cupidissimus est Deus filiorum & laeten- tium quibus vitam largitur æternam & æter- nam; dque tam auide, ut ea de causa tantum- modo descenderit de cælis in terram, ut no- bis potestatem daret, qua filii Dei efficere- mur. *Dei est potestas: filios Dei fieri, &c. Et verbum caro factum est, &c.* Illud & In- terprete D. Chryl. idem est ac *Quia vel ideo: q.d. ex eo quod filius Dei naturam as- sumptit humanam, emanant, quod homo possit fieri De. filius: in illum finem, mor-*

tem passus est adeo crudeliter: *Ve filius Dei, qui dispersi erant congregaret in unum.* Filios suos congregauit, qui sub alis perdicibus late- bant infernalis, quos mundus iniquitatibus suis atque idololatriis sibi subiecerat. Dia- bolus eodem modo omnem mouet lapidem ut nos sibi congreget, & sub alis suis hos & illos comprehendat. Hinc oritur, quod Deus plurimos habeat pullos, quos sub alis suis fo- uet, atque inter illos nonnulli sunt, qui illius non sunt per æternam prædestinationem, sed sunt diaboli per æternam reprobationem. Si- militer & diabolus multos sub alis suis fouet & enutrit, qui non sunt eius, sed Dei per æ- ternam prædestinationem: unde cognoscitur quinam cuius sint? Attende ad cuius vocem accurrant.

Ioan. 12. 31.

IV. Etiam diabolus pullos ex optat.

V. Unde dig- noscantur

Habet Christus duodecim suos Apostolos velut ova quæ semen esse debebant Ecclē- siæ suæ, & inter illa vnum erat, quod non erat filius Dei per prædestinationem, sed dia- boli per reprobationem & hic erat Iudas: quod esse Christus primo protestatus est, ut nemo crederet, quod ipse aberraret, & non cognosceret quinam essent, quos sub alis suis protegebatur. *Ego scio quos elegerim. Nemo ego vos duodecim elegerim, & ex vobis vnus dia- bolus est? Quomodo cognoscatur? Atten- de, dum Pater illius diabolus vocem emit- tat. Congregatos habet Christus discipulos suos: venit diabolus, & ad illius cor modula- tur, expediens fore medium inquirere, quo pretium sibi compareret vnguenti effusi à Mag. Malena: confestim auscultat illum, au- dienque de consortio surgit Redemptoris, eiusque discipulorum & abijt, & egreditur.*

Ioan. 6. 71

VI. Quod vo- cem au- diant Dei vel diabo- li.

Continuo exiit. Illico patrem suum sequi- tur diabolus, & vnus alium sequitur diabo- lus diabolus: quia filius erat diaboli, quod paterfecit, ad vocem eius Euro- citius accur- tendo. Hoc est quod D. Iohannes dicebat Ap- post. plures fouebat aquila illa regalis pullos sub alis suis qui audita voce hæreticorum & pseudo-apostolorum, illo cælestio teste ad hos recipiebant. Videti illos, inquit D. Ioha- nes: Ne mireris: *Ex nobis prociuerunt, sed non erant ex nobis, nam si iussissent ex nobis, permanissent usque nobiscum.* Non erant illi ex filijs Dei: si namque fuissent, non illos post se vox rapisset Satana: nam vocem suam illis indicauit per ministros suos hære- ticos.

Ioan. 13. 2

1 Ioan. 2. 19.

31 Pariter protegit multos diabolus sub aliis suis, & peccatis immer-os, qui filii tamen sunt Dei per prædeterminationem, sed cognoscuntur: quia a Deo acclamante confestim vocem eius audiunt, illurgunt, & demoni valedicunt, & Patris sui seclantur vestigia legitimi. Quot mensibus perdidit illa tartarea sub aliis suis Davidem detinuit, &c. Et quam defes quam immemor sui, quam contentus sub illis videbat: Veram accedit Deus, & per Prophetam Nathan vicem illi vocem intonat, & verbo illo modulatur, quod illi proponit: & ecce divini Patris sui vocem agnoscit. Satanam deserit, atque ad Deum confugit, petitque supplicat. *Sub umbra alarum tuarum protege me.*

Idem Magdalene contigit, ut mane dicendum est; idem Petro: illum etenim diabolus sub aliis suis frigidissimis continebat timore percussum: nam ad tacitam vnam vocem, qua Christus vi u suo illum alloquitur, illis egreditur: *Egressus foras sicut.* Quid de Paulo reteram: quem adeo firmiter aliis suis Satan constrinxerat, quam primum Dei percipit vocem acclamantis: *Saule, saule, quid me persequeris?* De sub aliis foras profilit, illum secutus ait. *Domine, quid me vis facere?* Hoc enim est, quod ait: *Continuo non acquiescit carni, & sanguini.* Hoc ipsum, ut arbitror indicavit D. Lucas accidisse postquam D. Paulus Antiochie verbum Dei disseminasset, cum plures ad concionem convenissent: *Crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam.* Omnes illi, quos æterna prædeterminatio in Dei filios adoptauerat, de sub aliis Satanæ prodierunt, & egressi per viam filii in Deo fideles adhererunt.

VII. Hinc amice, te ipsum examines, utrum ovis sis Dei: perpende utrum audiens vocem eius continuo de sub aliis demonis assurrexeris, & Patrem tuum secutus fueris caestem. Ignoscat mihi Deus, quot vocibus intus in corde tibi Deus acclamavit, quot motibus conscientiam perturbavit, quot pulsibus cor inquiescit? Christiane, mente sedulus re-nolue vnam hanc tibi præterlabi, caue ne forte tibi mane nullum elucescat, perpende dæmonem te expectare ut te deuoret: ut quid amiram non deseris, quæ tibi salutem, opes animamque perdidit? Ut quid minime restitit, quo iurges, pauperum incipumque sanguinem contra te in coelum usque vociferantem? Quare iniuriam non remittis,

quod impedit ne à Deo indulgentiam conseruaris. Quot vocibus ore prædicatorum acclamat? Quid tota facimus quadragesima, ceterisque diebus inueneris? Impletos Dominicum præceptum. *Quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum, clamamus, & vociferamur.* Videamus an audiuit? An celsituit? An proeam dimisit? An cum fratre tuo scædera sanxisti amicitia? An peccata tua fletibus abluisti? An pauperum necessitati subuenisti? Ah charissimi dicere possum illud Pauli, *Timco vos ne forte sine causa laborauerim in vobis.* Hoc autem aduerto quod vix ad Deum accurratis, vestra confestim peccata, & communicastis: & ecce ad primam diaboli vocem, accurratis, amittis, illico in domum illius ad vestras voluptates, confestim ad tabernam lusoriam in vestram ruinam, actum ad murmuracionem, repente ad vindictam, festinato ad usurariam concoracionem: ut merito queratur Deus, dicatque prædicatori, quod olim Moysi, qui cum parumper abfuisset à populo, confestim ille mille se criminibus iniquauit: *Recesserunt cito de via, quam ostendisti eis.* Auditis hic Dei verbum & vnam proponitis terere virtutis, vniique desistere, & egredimini ab Ecclesia, sed quam primum minima vos diaboli voce, compellat, iam vestra abducit vos sensualitas ad libidinem, iam ad illicita lucra trahit vos auaritia, iam ad vanitates pellicit vos appetitus, & ad vindictam ira vos prouocat acerbissimam.

Quoties, & heu quantis contigit quod ait Propheta Ieremias animæ econtigisse, quam in Symbolo describit oliuæ, interprete D. Gregorio. Oliuam contemplantur Propheta formosam, vberem, fructiferam, bacisque grauidam, tantumque placuit illi ut mille impertiret ei benedictiones, aliunde vox auditur incognita oliuam alloquens, & momento temporis ignem concipit oliua vehementissimum, quo tota perit eius vberitas, pulchritudo, gratæque speciositas. O malefautam oliuam! *Oliuam vberem, pulchram, fructiferam, speciosam vocauit Dominus nomen tuum: ad v. com loquela, granis exarsit ignis in ea & combusta sunt fructus eius.* Illam ut perditam reputa, quæ ad vocem adeo exiguam, quam audit, adeo vehementi flamma succenditur, ut

Isa. 58. 11

Gal. 4. 11.

IX. Pullus diaboli oliuæ comparatur Hieremia. Ho. 12. in Ezech. ad finem.

tota.

tota consumatur. *Ad vocem loquela*, *grauis exacte ignis in ea*. Sic legit & interpungit. D. Hieronym. & damnatam illam ætates antiam, in qua tam cito vox illa diaboli operatur. Quoties te conuertis ad Deum, & scelerum tuorum poenitens confiteris, plures elicias actus contritionis, vitæ proponis emendationem, mille voluntas tua floret desideris, usque piissimis, cogitas lamenta poenitentia, pauperi subuenis, adiuuas hospitale: oīua videris spei cœlestis vitæ digne speciosa: verumtamen ad vitæ diaboli voculam: *Ad vocem loquela*. Ad vnicum verbum, quod tibi per os dixit puella adhuc soluta, ad vnum signum, quod tibi significauit, ad vnam loquelam qua te ad lux pellexit venustatis aspectum, ad vnam reprehensionem lucri quatuor tetrae orum, ad vnum indicium quo tibi proponit conuenire hanc vel illam honori tuo impendere diligentiam, igne exardescis subito concupiscentia, cupiditatis, ita, vindictæ & appetitus. *Ad vocem loquela*. Caue tibi, ne sis de numero præscitorum. cum ita dispositus sis & paratus ad Satanae vocem audiendam: oues enim Dei diuinam audiunt vocem & accurrunt.

§ 13. Vocem meam audiunt. Sicut signum est prædestinati, vocem audire Dei, qui est ipsa veritas, sic est præsciti mendacis dolisque inhaerere, prout visio Michaa declarat.

32 **A**liud signum, intendit Dominus verbis illis indicare proposito suo cōuenientius quo oues designat, & confirmet Iudæis eos ex illis non esse: *Oues meæ vocem meam audiunt*. Gravem cum illis haberat contentionem: & illi multum suam extollebant dignitatem, dicentes: filij sumus Abraham, de quo multam habuere inter se questionem, & tandem aperte dixit illis Christus: vos Abraham non estis filij sed diaboli, *Vox ex patre diabolo estis*. Probatque illis hoc quia vocem eius non audiebant, nec fidem verbis adhibebant. *Non credidit: quia non estis oves meæ*. Si namque ex illis electis, audiretis vocem meam, quia *oves meæ vocem meam audiunt*.

Christus & diabolus sunt sibi mutuo contrarij: Christus est ipsa veritas. *Ego sum via, veritas, & vita*. Eius verba adeo vera sunt, vt prius terra cœlamque deficeret, quam minimum eorum interiret: & ideo de cœlo descendit in terram, vt eam doceret & prædicaret. *Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati*. Hinc collige, quod omnes, qui Dei sunt, audiunt vocem eius. *Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam*. Diabolus est ipsum mendacium & fraus, fallax & mendax: pater fraudis & mendacij. *Cum mendacium loquitur, ex propriis loquitur: quia mendax est, & pater eius*. Ex his sequitur quod illi qui filij sunt diaboli mendacium audiunt, & hoc illi quadrat, a que in illis locum habet & mansionem. Indidit ipsa natura (recte D. August.) filius quandam cum parentibus conformitatem: etenim nihil magis conuenit filiis, quam parentum conditiones: leuculo receris edito accrescunt vngues, fortitudo & parentum suorum pectoris robur: agno statim excreuit alba blandaque lana, qualis est ouis, ex qua gignitur: lupo nihil magis conuenit, quam voracitas: cum hæc sit parentibus illius naturalis. Veritas Deo est naturalis: etenim est veritas per essentiam: vnde nil magis eius quadrat filiis & eis fixius inhæret, quam veritas. *Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam*. Sed nec aliquid est, quod filiis diaboli magis conueniat, quam illud, quod ipsi adeo proprium est, & malitiæ suæ naturale, sicut mendacium, quandoquidem proferre mendacium, sit naturale daemoni.

Hic attende signum ouium Dei hoc esse, vt amice sint veritatis, hanc audiant, hæc illis inhaereat, hæc apta conueniat: nunc autem vt cognoscas, verum ex illis sis, perpende num veritatem frequentes vel mendacium: verum tuus agendi modus simplex sit, & candidus, sicut ouium, vel subdolos & fraudolentus: quod si ita sit time, ne sis de numero Præscitorum. Iudæos attende in quibus D. Ioan. nos talium proponit imaginem: quam pleni sunt duplicitate verbis subdolis, & astutis intentionibus. *Circumdederunt eum Iudæi dicentes: Si tu es Christus ille nobis palam*. Circumdederunt eum, quasi illum vellet apprehendere, & fraudibus irretire: quod iam impossibile est, vt nobis elabatur. *Coronaciogunt illum admirabili, quia reprobus oīua*

I. Christus & diabolus sibi sunt contrarij: Christus veritas, diabolus mendacium. *Ioan. 18. 17. 10a. 3. 44.*

Lib. cont. Mendac. c. 4.

Ioan. 18. 37.

II. Iudæos fallacia.